Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35054
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

tibus tuis O felix dux cuius ex salute non minor pene ad omnes per totum
populos tuos quam ad te ipsum pervenitur est leticia quod optimo fine co
tingit Quis enim est aut nobilitate prosperitate vel optimarum virtutum ar
tiumque studio regendique disciplina aut ulla generis laude pre
stantior. Nulli fuges et ingenii Nulli dicendi aut scribendi ta
ta vis tanta copia erat non dico exornare sed enarrare O inclite
dux gesta tua possit/ quibus et ab imperatoria maiestate in pos
teros tanta beneficia sunt collata Congratulamur igitur ex parte Mag
nificorum meorum et potentium dominorum meorum Antianorum Cois et populi Bon
Illorum quoque Regiminis et Collegiorum eiusdem Offerentes ad servicia tua
eorum parte totum posse eorum. Concludam igitur cum eadem Regina saba sic
dicente deus tuus et sit benedictus qui voluit te ordinare super
thronum suum ducem populi sui Quia enim diligit deus israel et vult
servare eum in eternum. Ideo posuit te super eum ut facias iudicia et
iusticiam Amen

Missa domino petro de senis progenitore suo Quando alias Can cellarius Senensis fuit etc.

CCCXXX·

Dulcissime fili | Eterna lex fecit omni interitu Nobis
aditum et dedit exitus multos| filium habebam et fratrem tuum primum ga
deum| primum erga parentes· Insuper ultra cunctos notum est deus scit
quomodo existentibus et conversantibus in domo mandabat quod nil fieret
verbo vel facto per quod mater et ego aliquo modo vel displicentia
caperemus/ Circa patrimonium domus per eum cuncta disposita et ordine
et promissa utiliter gerebantur/ dicentem cottidie michi· Nullum Co
gitamine habeatis nisi de celo et vino· De petro meo non penseteis fulcia
ipsum| per annos suos possessiones mee erant ultra duplum solito
fructuose· Vestiebam boves nec alia pecora| Non audiebam labo
ratores non fructus| Ab omnibus occupacionibus ipsius boni filii
dispositionibus et beneficio liber eram| Modo ex tanta alacri
tate in tantum doloris ex ipsa in summatione tanti beneficii sum mira
biliter alteratus| quod ipsum tam improviso casu fortuito tam impensa
to et pene inaudito tanto dolore funestali abitu· O me miserum
ymo infirmum quod ipsius gratie circumfusi animum et dolor et Com
passio palam testimonium tribuerint Sed sicut domino placuit ita fac
tum est Sit nomen domini benedictum qui tanta misericordia ipsum bono
et caro filio benedictionem tribuat/ quantum valeo mente verbo et Calamo
explicare/ Decessit gaudium meum cum medietate cordis mei· pro
te reliqua reliqua remansit quod te vivente cum gratia dei aliquantulum
tribuet michi vitam quam licet brevem et dolore anxiam intuitu tui
Cupio et consolationis misere matris sue· Scio quod non est medicina
doloris et quod iuste humiliatus patior inextimabili. vite divine gratie, prome
retur· Roga deum fili ut dignetur sue voluntati me humilem facere
et subiectum ut tu tamquam spes mea insistes virtutibus et expedi
tioni finis studii tui |Et dominus Bartholomeus et ego optime providebi
mus circa te ut non deficiat oportuna cum domino Bartholomeo domino·
Jo· de Ripolono· domino· Jo· Bandini et aliis omnibus qui nos dili
gunt videtur quod insistas et permaneas pro perfectione tui et non·